

163. „El alma que ama á Dios no requiere otro premio de su amor que al mismo Dios; si otra cosa busca, esta es á la que ama, y no Dios.

164. „Todos apetecen el sumo bien con un deseo natural.

165. „Quieres llegar al bien supremo? empieza á despreciar el terreno.

166. „Acaso es el camino útil, pero intransitable? Mas fácilmente llegarás despreciándolo todo, que consiguiéndolo.

167. „Es cambio infeliz, y de la mayor locura, por huir del trabajo humano, escoger con el demonio los ardores eternos.



LAS SENTENCIAS

DEL MISMO PADRE

CONTENIDOS EN ESTE TOMO X.

COMO SE HALLAN

EN LA LENGUA LATINA.

SENTENCIAS ESCOGIDAS.

DE SAN BERNARDO.

Correspondientes al Capítulo I. Artículo IV.

I. Periclitatur castitas in deliciis, humilitas in divitiis, pietas in negotiis, veritas in multiloquio, charitas in hoc nequam sæculo. (*De Convers. ad Cleric. num. 37.*)

II. Nihil pretiosius tempore: sed, heu! nihil hodie vilius æstimatur. (*Tract. de Cont. Mun. ad Cler. num. 53.*)

III. Transeunt dies salutis, & nemo recogitat: nemo sibi non redditura momenta periisse causatur. (*Ibid.*)

IV. Nil tam durum, quod duriori non cedat. (*4. de Cons. cap. 3. hinc consuetudo consuetudine vincitur.*)

V. Tibi imputa, quidquid patieris ab eo, qui sine te potest nihil. (*4. de Consid. n. 9.*)

- VI. Quid juvat sapientem esse, si tibi non fueris? (2. de *Consid. c. 9.*)
- VII. Omnia illi desunt, qui nihil sibi deesse putat. (*Lib. 2. de Consid. c. 7.*)
- VIII. Tene medium, si non vis perdere modum. (2. de *Consid. c. 10.*)
- IX. Prosperitas hoc est incautis, quod ignis ad ceram, solis radius ad nivem. (*Ibid. c. 12.*)
- X. Non magnum est esse humilem in abiectione: rara virtus humilitas honorata. (*Hom. 4. sup. Miss.*)
- XI. Nulla verior miseria, quam falsa lætitia. (*De Lib. Arb. n. 14.*)
- XII. Velle plane convincimur, quod non fieret, si nollemus. (*Ibid.*)
- XIII. Effusus animus damna interiora non sentit. (*De Convers. ad Cler. n. c. 5.*)
- XIV. Fugere persecutionem, non est culpa fugientis, sed persequentis. (*Epist. 1.*)
- XV. Voluntas pro facto habetur, ubi factum excludit necessitas. (*Tr. ad Hug. n. 9.*)
- XVI. Nemo magis iram meretur quam amicum simulans inimicus. (*De Convers. n. 33.*)
- XVII. Non est cur fures timeant, qui sibi in cælo thesaurizant. (*De Convers. ad Cler. n. 41.*)
- XVIII. Non placat, qui ipse non placet. (*Ibidem, cap. 33.*)
- XIX. Amicis oportet gerere morem, sed non in suam mortem. (*Epist. 215.*)
- XX. Fluminis aqua, si stare coeperit, computrescit. (*Ser. 1. de Quadrag.*)
- XXI. Omnia, quæ in mundo sunt, finem habent; finis autem eorum non erit finis. (*Ser. 9. in Cant.*)
- XXII. Dabis voci tuæ vocem virtutis, si quod suades; prius tibi ipsi persuaseris. (*Ser. 65. in Cant. n. 3.*)

- XXIII. Illius Doctoris libenter audio vocem, qui non solum plausum, sed mihi planctum moveat. (*Ibid.*)
- XXIV. Turturis vox non dulce sonat, sed dulcia signat. (Nempe amorem comparis). (*Ibid.*)
- XXV. Velis, nolis, intra fines tuos habitat Jebusæus; subjugari potest, sed non exterminari. (*Serm. 57. in Cant. num. 10.*)
- XXVI. Parum est semel putasse: sæpe putandum est; imo semper. (Nam vitia identidem repullulant). (*Ibid.*)
- XXVII. Non potest virtus cum vitiis pariter crescere: putetur cupiditas, ut virtus roboretur. (*Ibid.*)
- XXVIII. Tolle superflua, & salubria surgunt. Utilitati accedit, quidquid cupiditati demis. (*Ibid.*)
- XXIX. Pastor doctus, sed non bonus, non tam uberi doctrina nutrit, quam sterili vita nocet. (*Ser. 76. in Cant. numer. 10.*)
- XXX. Minus quandoque nocet potita votis ambitio, quam frustrata. (Nam ad violenta media convertitur). (*Epist. 126.*)
- XXXI. Ad audiendum, legendumve amoris carmen frustra qui non amat accedit. (*Ser. 70. Cant. n. 1.*)
- XXXII. Non potest capere ignitum eloquium frigidum pectus. Sicut græce loquentem non intelligit, qui græcum non novit. (*Ibid.*)
- XXXIII. Fama non valet vindicare virtuti, quod esse vitium convincit conscientia. (*Ser. 71. Cant. n. 2.*)
- XXXIV. Virtus est contenta candore conscientia, etsi non sequatur odor famæ. (*Ibid.*)
- XXXV. Multa quæ respuis otiosus, post laborem sumes cum desiderio. (Nam optimum cibi condimentum fames). (*Ep. num. 11.*)
- XXXVI. Hostis audacius insistit à tergo, quam resistit in faciem. (*Ibid. n. 12.*)
- XXXVII. Facere malum, quolibet etiam jubente, non

obedientia, sed inobedientia est. Nempe erga Deum. (*Ep. 7. num. 3.*)

XXXVIII. Quod quisque præ cæteris colit, id sibi Deum constituisse probatur. (*Tract. de cont. Mund. ad Cler. c. 5. n. 17.*)

XXXIX. Multi non tanta alacritate current ad honores, si esse sentirent & onera. (*Tract. de Offic. Epist. cap. 17.*)

XL. In alto positum, non altum sapere, difficile. (*Ibidem.*)

XLI. Si altiozem, quam meliorem esse delectet, non præmium, sed præcipitium expecta. (*Epist. 27. ad Ardu.*)

XLII. Stultum, ibi thesaurum recondere, unde non valeas resumere, cum volueris. (*Tract. de Offic. Epist. capit. 5.*)

XLIII. Qualis sit cujusque fides, tribulatio probat. (*Ibid. cap. 4.*)

XLIV. Qui ad sui mensuram proximum jubetur diligere, prius seipsum diligere novit. (*Ibid. c. 4. n. 13.*)

XLV. Bonam reddunt conscientiam, poenitere de malis, & abstinere à malis. (*Ibid. c. 2.*)

XLVI. Eodem utantur Medici ferro secandis Regibus, quo & popularibus hominibus. (*Ibid. c. 4.*)

XLVII. Boni Pastoris est, non quærere, quæ sua sunt, sed impendere. (*4. de Consid. c. 2.*)

XLVIII. Dispensatio sine necessitate, & utilitate, non fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est. (*3. de Consid. cap. 4.*)

XLIX. Cum omnes te habeant, esto etiam tu unus ex habentibus. (*Lib. de Consid. c. 5. n. 6.*)

L. Amans quandoque videtur amens, sed ei qui non amat. (*Præf. Lib. Consid.*)

LI. Modus diligendi Deum, est diligere sine modo. (*Tract. de dilig. Deo, cap. 16.*)

LII. Non probo multa scientem, si sciendi modum nescierit. (*Serm. 36. in Cant. num. 3.*)

LIII. Suat qui scire volunt, tantum ut sciant; & curiositas est.

LIV. Sunt, qui scire volunt, ut sciantur ipsi; & vanitas est.

LV. Sunt, qui scire volunt, ut scientiam vendant; & turpis quæstus est.

LVI. Sunt, qui scire volunt, ut ædificentur; & prudentia est. (*Ibid. num. 3.*)

LVII. Sumentibus cibum, & non digerentibus, perniciosum est ei. (*Ibid. num. 4.*)

LVIII. Sine lumine discretionis incurrit, qui currit. (*Serm. in Circumc.*)

LIX. Non potest non esse bonus, qui placet bonis, vel displicet malis. (*Epist. 148.*)

LX. Non est tutum vicino serpente somnum capere. (*Epist. 241.*)

LXI. Habet vera amicitia nonnunquam objurgationem, adulationem numquam. (*Epist. 242.*)

LXII. Melius est ut pereat unus, quam unitas; ejiciendus, qui turbat concordiam. (*Epist. 102.*)

LXIII. Sola causa, qua non liceat obedire parentibus, Deus est. (*Epist. 111.*)

LXIV. Gustato spiritu, necesse est desipere carnem. (*Ibid.*)

LXV. Non plus satiatur cor hominis auro, quam corpus aura. (*De convers. ad Cler.*)

LXVI. Argumentum superbiæ privatio est gratiæ. (*Serm. 54. in Cant.*)

LXVII. Præsto est oculus, cui omnia patent, & si non patet ipse. (*Serm. 55. in Cant.*)

LXVIII. Bonus numquam, nisi simulatione boni deceptus est. (*Serm. 66. in Cant.*)

LXIX. Hæretici capientur, non armis, sed argumentis,

(*Serm. 64. in Cant.*)

LXX. Jucunda homini lux, sed magis emergenti de tenebris. (*Serm. 68. in Cant.*)

LXXI. Eruditio absque dilectione inflat; dilectio absque eruditione errat. (*Serm. 69. in Cant.*)

LXXII. Dies palam facit, quod nox abscondit. (*Serm. 75. in Cant.*)

LXXIII. Melius est, ut scandalum oriatur, quam veritas relinquatur. (*Epist. 78.*)

LXXIV. Qui se sibi magistrum constituit, stulto se discipulum subdit. (*Epist. 87.*)

LXXV. In similibus factis causa dissimilis simile recusat iudicium. (*Epist. 84.*)

LXXVI. Nil tam inglorium, quam gloriae cupidum deprehendi. (*Epist. 106.*)

LXXVII. Speranti grandia, modica minus grata venire solent. (*Epist. 153.*)

LXXVIII. Currentem non apprehendit, qui & ipse non currit. (*Epist. 254. n. 4.*)

LXXIX. Nolle proficere, est deficere. (*Ibid.*)

LXXX. Nemo invitus bene facit, & si bonum est quod facit. (*Epist. 258.*)

LXXXI. Magnus, qui incidens in adversa, non excidit à sapientia. (*2. de Consid. cap. 12.*)

LXXXII. Canis foenum, quod non comedit, defendit. (*Epist. 311. n. 1.*)

LXXXIII. Si sapis, concham te exhibebis, non canalem; id est, non prius effundes, quam ipsemet abundes. (*Serm. 18. in Cant. n. 3.*)

LXXXIV. Pastores à mercenariis persecutio discernit. (*De Conv. ad Cler. n. 22.*)

LXXXV. Grata ignominia Crucis ei, qui Crucifixo ingratus non est. (*Serm. 25. in Cant. n. 8.*)

LXXXVI. Cum foemina semper esse, & non peccare cum

foemina, plus est, quam mortuum suscitare. (*Serm. 65. in Cant. num. 4.*)

LXXXVII. Familiaris Dominus fatuum nutrit servum. (*Serm. cont. vit. ingrat.*)

LXXXVIII. Divinae clementiae est denegare ingratis, quae postulant. (Nempe ne majoris ingratitude rei fiat.) (*Ibi.*)

LXXXIX. Suaviter natat, cujus alter sustinet mantum. (*Serm. 12. in Cant. num. 8.*)

XC. Onerat Deus, cum exonerat: onerat beneficio, cum exonerat peccato. (*Serm. 15. in Psalm. Qui habitat.*)

XCI. Contendamus placere omnibus per omnia, sed ei maxime, qui est maximus super omnia. (*Ibid. n. 4.*)

XCII. Inanis excusatio de humana obedientia, ubi in Deum convincitur facta transgressio. (*Epist. 7. n. 8.*)

XCIII. Non laus calami laudabilis pictura, sive scriptura. (*Ibid. n. 6.*)

XCIV. Sapiens est, cui quaeque res sapiunt prout sunt. (*Ibidem.*)

XCV. Nullus tam gravis pruritus oculi, quam invidia est. (*Serm. 5. de verb. Isai. n. 10.*)

XCVI. In terra orimur, in terra morimur; revertentes in eam, unde sumus assumpti. (*Serm. S. Mart. n. 1.*)

XCVII. Res pauperum non pauperibus dare par sacrilegio crimen esse dignoscitur. (*Tract. ad Cler. num. 21.*)

XCVIII. Altiozem sortitus est locum, sed non tutiozem. (*Epist. 237.*)

XCIX. Sicut non omne quod libet licet, sic non omne, quod licet, expedit. (*Epist. 25.*)

C. Cujus vita despicitur, restat, ut & praedicatio contemnatur. (*Serm. 1.*)

CI. Non satis cecidisse piget hominem, qui adhuc manet in lubrico. (*Ibid.*)

CII. Indicium verae compunctionis est substractio occasionis. (*Ibid.*)

- CIII. Perniciosa paupertas, penuria meritorum; præsumptio autem, fallaces divitiæ. (*Serm. 68. in Cant. n. 6.*)
- CIV. Ignorantia non potest excusare eum, qui se magistrum infantium proficitur. (*Tract. ad Cler. cap. 5. n. 15.*)
- CV. Indignus lacte, & lana convincitur, qui non pascit oves. (*Ibid. 20.*)
- CVI. Væ tibi, Clerice! mors in ollis carniarum, Mors in deliciis. Nam peccata populi comedis. (*Ibid.*)
- CVII. Væ qui viventes in carne Deo placere non possunt, & placare præsumunt. (*De Conv. ad Cler.*)
- CVIII. Zelus absque scientia dum prodesse festinat, invenitur obesse. (*Ibid. n. 38.*)
- CIX. Animam Dei capacem, quidquid Deo minus est, non implebit. (*De Cont. Mund. n. 33.*)
- CX. Saliens antequam videat, casurus antequam debeat. (*Ibid. 29.*)
- CXI. Æger sese non sentiens periculosius laborat. (*1. de Consid. cap. 1*)
- CXII. Homo si laborem refugit, non facit, ad quod natus est. (*De Cont. ad Cler. num. 29.*)
- CXIII. Sapientibus contingit, in rebus dubiis plus alieno, quam proprio credere iudicio. (*Epist. 62.*)
- CXIV. Libenter carebo quantolibet spirituali quæstu, qui non possit acquiri, nisi cum scandalo. (*Ibid.*)
- CXV. Pulcher, & salubris ordo, ut onus, quod portandum imponis, tu portes prior. (*Epist. 221. n. 3.*)
- CXVI. Vocis virtus est opus; sed & operi, & voci gratiam, efficaciamque promeretur oratio. (*Ibid.*)
- CXVII. Plus nocet falsus catholicus, quam verus hæreticus. (*Serm. 65. in Cant. n. 4.*)
- CXVIII. Non inutilis commutatio, pro eo, qui super omnia est, omnia reliquisse. (*Tract. Cler. cap. 1.*)
- CXIX. Plus concupiscentia mundi, quam substantia nocet. (*Ibid.*)

- CXX. Fugiendarum causa divitiarum est, quod aut vix aut numquam sine amore valeant possideri. (*Ibid.*)
- CXXI. Facile cor humanum omnibus, quæ frequentat adhæret. (*Ibid.*)
- CXXII. Qui relinquere universa disponit, se quoque inter relinquenda numerare meminerit. (*Ibid. num. 2.*)
- CXXIII. Verus amor habet præmium; sed id, quod amatur. (*Tract. de dilig. Deo, n. 17.*)
- CXXIV. Si quis de populo deviat, solus perit: principis error multos involvit. (*Epist. 117.*)
- CXXV. Verum gaudium est, quod non de creatura, sed de Creatore concipitur. (*Epist. 114.*)
- CXXVI. Vitiosus conscientias vitiosorum non refugit. (*1. de Consid. cap. 10.*)
- CXXVII. Ubi omnes sordent, unius foetor non sentitur. (*Ibidem.*)
- CXXVIII. Meditantibus honores blandiuntur, pensantibus onera formidini sunt. (*Tract. de offic. & Mor. Ep. c. 7.*)
- CXXIX. Vera caritas vacua mercede non est, nec tamen mercenaria est. (*Tract. de dilig. Deo, num. 17.*)
- CXXX. Bonum servat castellum, qui custodit corpus suum. (*Serm. 2. de Assumpt. n. 2.*)
- CXXXI. Sola miseria caret invidia. (*Ser. 5. de verb. Isai.*)
- CXXXII. Maledictus qui partem suam facit deteriorem. (*Lib. 1. de Consid. cap. 15.*)
- CXXXIII. Seductori dat manum, qui dare dissimulat præceptori. (*Serm. 77. in Cant.*)
- CXXXIV. Qui absque custode dimittit oves in pascua, Pastor est non ovium, sed luporum. (*Ibid.*)
- CXXXV. Pauperum vita in plateis divitum seminatur. (*4. de Consid. c. 2.*)
- CXXXVI. Ambitio ambientium crux, omnes torquens omnibus placet. (*3. de Consid. c. 1.*)
- CXXXVII. Nugæ in ore sæcularis, nugæ; in ore Sacerdo-

tis, blasphemiar. (*Lib. 2. de Consid. c. 15.*)

CXXXVIII. Vanum cor vanitatis notam ingerit corpori. (*Apol. ad Guil. c. 9.*)

CXXXIX. Mollia indumenta animi mollitiem indicant. (*Ibidem.*)

CXL. Fulget Ecclesia in parietibus, & in pauperibus alget. (*Ibid. c. 11.*)

CXLI. De sumptibus egenorum servitur oculis divitum. (*Ibidem.*)

CXLII. Lupi dentes plus timeo, quam virgam Pastoris. (*Tract. de vit. & Offic. epist. n. 35.*)

CXLIII. Hippocrates docet animas salvas facere in hoc mundo, Christus perdere. (*Serm. 31. Cant.*)

CXLIV. Voluptas gutturis, quæ tanti hodie æstimatur, vix duorum obtinet latitudinem digitorum. (*De convers. ad Cleric. num. 13.*)

CXLV. Divitiarum amor insatiabilis longe amplius torquet desiderio, quam refrigeret usu. (*Ibid.*)

CXLVI. Divitiarum usu aliis fere, divitibus solum nomen, & sollicitudo cadit. (*Ibid.*)

CXLVII. Dæmon solæ perseverantiæ potissimum insidiatur, quam solam virtutem novit coronari. (*Epist. 24.*)

CXLVIII. Utilis semper custodia oris, quæ tamen affabilitatis gratiam non excludat. (*4. de Consid. c. 6. n. 23.*)

CXLIX. Ubique frenanda lingua præceps, maxime autem in convivio. (*Ibid.*)

CL. Ille convenientior habitus, si actu quidem severus es, vultu serenus, verbo serius. (*Ibid.*)

CLI. Nil scalis opus tenenti jam solium. (*5. de Consid. num. 11.*)

CLII. Detrahere, aut detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, non facile dixerim. (*2. de Consid. n. 22.*)

CLIII. Deliberans providentiâ suspendit iudicium. (*Serm. de S. Magdal. n. 1.*)

CLIV. Religiosa tristitia aut alienum lugeat peccatum, aut proprium. (*Ibid. n. 2.*)

CLV. Quanti te fecit Deus, ex his, quæ pro te factus est, agnosce. (*Serm. 1. de Epiph.*)

CLVI. Extremæ dementiæ est, quod ad obscœna inverecundi sumus, & poenitentiam erubescimus, male proni in vulnera, in remedia verecundi. (*Serm. in Circumc.*)

CLVII. Conservandæ humilitatis gratia, sic divina solet ordinare pietas, ut quo qui plus proficit, eo minus se reputet profecisse. (*Serm. 75. de Divin. n. 4.*)

CLVIII. Placet utrumque Deo, & peccator compunctus, & justus devotus: displicet vero tam ingiatus justus, quam peccator securus. (*Serm. de Divin. n. 4.*)

CLIX. Nescit sanus, quid sentiat æger; aut plenus, quid patiatur jejunos. (*Tract. de Grad. hum. num. 6.*)

CLX. Gloriosa res humilitas, qua ipsa quoque superbia palliare se appetit, ne vilescat. (*Ibid. num. 47.*)

CLXI. Infelix victoria, quæ superans hominem succumbit vitio. (*Exhort. ad Mil. n. 2.*)

CLXII. In circuitu impii ambulant naturaliter appetentes unde finiant appetitum, & insipienter respuentes, unde appropinquent fini. (*De dilig. Deo, num. 9.*)

CLXIII. Deum amans anima aliud præter Deum sui amoris præmium non requirit; aut si aliud requirit, illud, non Deum diligit. (*Ibid. n. 17.*)

CLXIV. Naturali desiderio summum quivis appetit bonum. (*Tract. de Cant. num.*)

CLXV. Vis pervenire? incipe transilire. (Nam si impliceris in imis, non pervenies.) (*Tract. de Cont. mun. ad Cler. n. 33.*)

CLXVI. An fructuosa via est, & inambulabilis? facilius pervenies spretis omnibus, quam adeptis. (*Ibid. 33.*)

CLXVII. Misera, & extremæ plena dementiæ commutatio, humanum declinare laborem, & cum diabolo stridorem eligere sempiternum. (*Ibid. 27.*)

ADICIONES.

I. Quid faciet de injustis judiciis qui ipsas quoque justitias judicabit? veniet (inquam) dies iudicii ubi plus valebunt pura corda quam astuta verba, & conscientia bona, quam marsupia plena: quandoquidem iudex ille nec fallatur verbis, nec flectetur donis. (*Ibid.*)

II. Vult te (*charitas*) tuum sentire dolorem, ut jam non habeas unde dolere: vult te tuam scire miseriam, ut incipias miser non esse. O bona mater charitas, quæ sive fovet infirmos, sive exercent provectoros, sive arguat inquietos, diversis diversa exhibens, sicut filios diligit universos. Cum te arguit, mitis est, cum blanditur, simplex est. Piæ solet sævire, sine dolo mulcere, patienter novit irasci, humiliter indignari. (*Epist. 2 ad Fulc. puer.*)

I. ¿Qué hará de los juicios injustos aquel Señor que ha de juzgar las mismas justicias? Vendrá el día del juicio, en que mas valdrá el corazón puro, que las palabras de la astucia; y mas se estimará la buena conciencia, que los bolsillos llenos de oro: pues á aquel Juez no se puede engañar con palabras, ni doblarse con los presentes.

II. Pide la caridad que sientas tu dolor, para que no tengas motivo de pena. Quiere que sepas tu miseria, para que empieces á no ser infeliz. ¡Oh caridad! buena madre, la que quando fomenta á los débiles exercita á los provectoros, y reprehende á los inquietos. Aunque aplica diversos remedios á diferentes personas, á todos los ama como á hijos. Quando te reprehende es benigna, quando te alhaga es sencilla; suele castigar con piedad, regalar sin engaño; sabe enojarse con paciencia, é indignarse con humildad.

III. El es la sabiduría de Dios, que dice: *El que me come todavia tendrá hambre, y el que me bebe aun tendrá sed.* Mas ¿cómo podrá tener hambre y sed de Jesuchristo el que cada día se llena de las bellotas de los cerdos? *No puede alguno beber al mismo tiempo el caliz de Jesuchristo, y el caliz de los demonios.* El caliz de los demonios es la soberbia; el caliz de los demonios es la murmuración y la envidia. El caliz de los demonios es la crapula, y la embriaguez; vicios que si llenan tu alma ó tu vientre, no dexan en tí lugar á Jesuchristo.

IV. Razon es que el que sirve al altar, viva del altar. Se te concede, pues, que si sirves bien, vivas del altar; pero nó lasciviar ni ensobervertes con los dineros del altar para que compres frenos de oro, sillas bordadas, plateadas espuelas con remates purpéreos, pieles de varios colores para adornar el cuello y las manos. Por ultimo, todo quanto retengas de las rentas del altar, fuera del alimento necesario y el vestido sencillo, no es tuyo; es

III. Ipse est Dei sapientia, quæ ait: *Qui comedit me, adhuc esuriet: & qui bibit me, adhuc sitiet.* Sed quomodo potest esurire vel sitire Christum, plenus quotidie siliquis porcorum? *Non potest simul bibere calicem Christi, & calicem demoniorum.* Calix demoniorum superbia est, calix demoniorum detractio & invidia est, calix demoniorum crapula & ebrietas est: quæ cum impleverint vel mentem vel ventrem tuum, Christus in te non inveniet locum. (*Ibid.*)

IV. Dignum est ut qui altario deservit, de altario vivat: conceditur ergo tibi ut si bene deservis, de altario vivas: non autem ut de altario luxurieris, ut de altario superbias, ut inde compares tibi fræna aurea, sellas depictas, calcaria deargentata, varia griseaque pellicea, collo & manibus ornata, purpureo diversificata. Denique quidquid præter necessarium victum ac simplicem vestitum de altario retines, tuum non est,

rapina est, sacrilegium est.... sic ergo & nos contenti simus vestimentis quibus operiamur, non quibus lasciviamus, non quibus superbiamus, non quibus mulierculis vel similari, vel placere studeamus. Sed hoc faciunt, inquis, cum quibus habito: si non facio quod cæteri, de singularitate notabor. Propterea inquam, exi de medio eorum, ne aut in urbe notabiliter vivas, aut exemplo pereas aliorum. (*Ibid.*)

V. Vera patientia est pati vel agere contra quod libeat, sed non præter quod liceat. (*Epist. 7. ad Adam. Mon.*)

VI. Quæris à me consilium, vir illustris Bruno, an volentibus te promovere ad Episcopatum acquiescere debeas. Quis hoc mortalium definire præsumat? Deus forsitan vocat; quis audeat dissuadere? forte non vocat, quis appropinquare consulat? utrum vere vocatio Dei sit, an non sit quis scire possit excepto spiritu qui scrutatur etiam alta Dei, vel si cui forte revelaverit ipse? (*Ep. 8. ad Brunon Colon. El.*)

rapina, es sacrilegio. Contente monos, pues, con vestidos que nos cubran; nó que nos hagan lucir ó ensobrevcernos; nó con los que procuremos parecernos, ó agradar á las mulgercillas. Me dirás: esto mismo hacen aquellos con quienes habito; y si yo no hago lo que todos, me notarán de singular. Por esto te digo que salgas de entre ellos, para no vivir notado y señalado en la ciudad, ó perecer con el exemplo de los otros.

V. La verdadera paciencia es sufrir y hacer contra lo que da gusto; pero no, mas de lo que sea lícito.

VI. Bruno, varon illustre, me pides consejo sobre si te debes conformar con los que quieren promoverte al Obispado. Mas ¿qué hombre mortal presumirá decidir? Puede ser que Dios te llame: y entonces ¿quién se atreverá á disuadirte? Puede ser que no te llame. Y ¿quién te aconsejará que te acerques? ¿Quién sino el Espíritu que conoce las profundidades de Dios, ó aquel á quien se lo haya revelado podrá saber si es ó nó verdadera vocación de Dios?

VII. ¿Por ventura parece que soy áspero; porque no adulo, porque aterro, porque deseo para el amigo el principio de la sabiduría? Siempre quisiera favorecer de este modo á mis amigos: quiero decir, aterrándolos saludablemente, y nó adulándolos con engaños.

VIII. Lo primero, se ama el hombre por sí mismo por ser carne, y no poder saber á otra cosa que á sí mismo. Cuando ve que por sí no puede subsistir, empieza á buscar y amar á Dios por medio de la fe, porque le contempla necesario. En el segundo grado, pues, ama á Dios; mas no por el mismo Dios, sino por su propia utilidad: pero empezando á venerarle por su propia necesidad, y á tratarle, pensando en él, leyendo, orando, obedeciendo, se le va dando Dios á conocer poco á poco, con semejante familiaridad; por consiguiente se le hace dulce; y gustando de este modo quán suave es el Señor, pasa al tercer grado, hasta amar á Dios; no ya por su propio interés, sino por el mismo Dios.

VII. Durus ne videor, quia non blandior, quòd metum incutio, quòd amico cupio initium sapientiæ? sic mihi contingat semper beare amicos; id est terrendo salubriter, non adúlundo fallaciter. (*Ep. 9. ad eund. Arch. creatum.*)

VIII. Imprimis ergo diligit seipsum homo propter se. Caro quippe est, & nil sapere valet præter se. Cumque se videt per se non posse subsistere, Deum sibi quasi necessariùm incipit per fidem inquirere & diligere. Diligit itaque in secundo gradu Deum, sed propter se, non propter ipsum; at vero cum ipsum cœperit occasione propriæ necessitatis colere & frequentare, cogitando, legendo, orando, obediendo, quadam hujuscemodi familiaritate paulatim sensimque Deus innotescit, consequenter & dulcescit, & sic gustato quam suavis est Dominus, transit ad tertium gradum, ut diligat Deum non jam propter se, sed propter ipsum, sane in hoc gradu statur, & nescio si á quoquam hominum quartus in hac vita

perfecte apprehenditur, ut se scilicet homo diligat tantum propter Deum. (*Epist. 11. ad Guig. Prior. Carth.*)

IX. Sicut dicitur, nisi credideritis, non intelligetis; sic dici æque non absurde potest; si non desideraveritis, non perfecte amabitis. Intellectus igitur est fructus fidei, perfecta charitas desiderii. Interim justus ex fide vivit, nam beatus ex intellectu. Interim justus desiderat ad Deum sicut cervus ad fontes aquarum. Nam beatus haurit jam in gaudio de fontibus Salvatoris, hoc est delectatur in plenitudine charitatis. (*Epist. 18. ad Petrum Cardin.*)

X. Et quidem inter bonos bonum esse, salutem habet; inter malos vero, & laudem. Illud tantæ facilitatis est, quantæ & securitatis, hoc tantæ virtutis, quantæ & difficultatis. Quale nempe est istud tangere picem, & non inquinari ex ea; in igne sine læsione versari, & in tenebris absque caligine.

A la verdad, en este grado se pára, y no sé si algun hombre en esta vida ha llegado á otro quarto grado, en el que se ame el hombre solamente por Dios.

IX. Asi como se dice: Si no creyereis, no entenderéis, asi tambien se puede decir justamente: si no deseais, no amareis perfectamente. El entendimiento, pues, es el fruto de la fe, y la perfecta caridad lo es del deseo. Entretanto, el justo vive de la fe, y el bienaventurado del entendimiento. Entretanto, el justo desea ir á Dios, como el ciervo á las fuentes de las aguas; pero el bienaventurado ya está bebiendo con gozo de las fuentes del Salvador: es decir, se está deleitando en la plenitud de la caridad.

X. Sin duda el ser bueno entre los buenos, consigue la salvacion; pero el ser bueno entre los malos, merece alabanza: en lo primero hay tanta facilidad como seguridad; en lo segundo hay tanta virtud como dificultad. Esto es lo mismo que tocar la pez y no mancharse, andar entre el fue-

go sin lesion, y en las tinieblas sin obscuridad.

XI. Si nos agrada estar mas altos, mas bien que ser mejores, no esperemos premio, sino precipicio.

XII. Ten presente que no debemos atender á toda especie de escándalo, segun aquella respuesta del Señor, que dixo: *Dex adlos, que son ciegos, y gobiernan á otros ciegos.* Mas vale que nazca el escándalo, que el que quede desamparada la verdad.

XIII. No menos pecarás por enojarte demasiado, que por dexarte del todo de enojar. Pues no indignarse quando nos debemos indignar, y no querer corregir, es pecado. Pero indignarse mas de lo que es razon, es añadir culpa á culpa. Pero si es malo no enmendar el pecado, ¿cómo podrá no ser malo el aumentarle?

XIV. Yo acostumbro á armarme de dos versicitos de la Escritura contra los que me alaban. El primero es contra los malévolos. *Retirensse, y llevense de confusion los que para*

(*Epi. 25. ad Hugon. Rothom. Archi.*)

XI. Sialtiorem quam meliorem esse delectat: non præmium, sed præcipitium expectamus. (*Epist. 27. ad Arbut. Geben. Episc.*)

XII. Memento non omnium scandalum magnopere esse curandum, juxta responsionem Domini dicentis: *sinite illos, cæci sunt & duces cæcorum.* Melius est enim ut scandalum oriatur, quam veritas relinquatur. (*Epist. 34. ad Drogon. Mon.*)

XIII. Peccabis non minus nimis irascendo, quam omnino non irascendo. Si quidem non irasci ubi irascendum sit; dum sit, nolle emendare, peccatum est. Plus vero irasci, quam irascendum sit, peccatum peccato addere est: quod si malum est peccatum non emendare, quomodo malum non erit augmentare? (*Epist. 69. ad Guid. Abb. Trib. font.*)

XIV. Adversus laudatores illis me duobus munire consuevi versiculis. Contra malevolos quidem priorem: *Avvertantur retrorsum, & erubescant qui volunt mihi mala.* Contra